salem et advocate eam; quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius, suscepti de manu Domini duplaria pro omnibus peccatis suis: Per seipsum expiavit peccata nostra, XIX, 354, 2: *Purgationem peccatorum faciens, (Christus) sedet ad dexteram maiestatis in caelis*. In eo quomodo peccatum accepit finem, XIII, 117, 1. Peccato mortuus est effective, nos subjective, XVIII, 111, 1: *Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel*. Passioni Christi ascribitur satisfactio, 89, 2: *Qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram*. Ejus satisfactio, merita, voluntas, Deo volente, nostra est satisfactio, merita voluntas, XII, 631, 1, 2. A Patre datus est ut peccato ex justitia satisfaceret, XVIII, 75, 2: *Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem qua est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius*. Eius propitiatio quam sit valida, XX, 534, 1: *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi*. Eius merita infanilis peccatis delendis sufficiunt, XIX, 456, 2: *Una enim oblatio, consummatio in sempiternum sanctificans*. Est hostia infanili prelii, XIV, 236, 2: *Ejus propitiatio, veteri propitiatio designatur*, XVIII, 74, 2. Ejus mors verum fuit sacrificium, XI, 631, 2: *Oblatus est quia ipse voluit*. Fuit holocaustum, *Psalm*, I, 110, 1: *Memor sit omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat*. Eius redemptio vocatur justitia ob quatuor causas, XI, 119, 1: *Sion in iudicio redimetur, et reducent eam in justitia*. Justitiam saeculorum adduxit tripliciter, XIII, 117, 2. Christi Jesu satisfactio an illa sufficiens sit, ut pro nostris peccatis satisfacere non debeamus, XIV, 167, 1: *Quid ergilatis contra Dominum? consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio*. Ex ejus parte ad nostram justificationem nihil deest, XIII, 251, 1. Eius redemptio fuit plena et sufficiens, sed deest illi in nobis communicatio, XIX, 79, 2: *Adimpleo ea quae desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia*. Eius redemptio sufficiens fuit ad omnes salvandos, XIII, 436, 1. Eius reparatio et casus Adae inter se comparantur, XVIII, 102, 1: *Sed non sicut delictum, ita et donum: si enim unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi: quae plures abundavit*. Nobis plura praestitit quam Adam abstulit, *ibid.* Peccata nostra sustulit et exhausti, XIII, 419, 2 et seq.: *Sic et Christus semel oblati est ad multorum exhaustanda peccata*. In carne patina et moriens damnavit peccatum? XVIII, 130, 2; 131, 1: *De peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleteret in nobis*. Mortis sua peccatum occidit, *ibid.* Quomodo omnia peccata aboleverit, et sub eo justitia, pax, sanctitas tota in orbe sit germinata, XIII, 251, 1. Ab ipso solo

petenda est remissio peccatorum, XIX, 457, 1. Ejus sanguis clamor misericordiam, 508, 1: *Accessit... ad Testamenti Novi mediatorum Jesum, et sanguinis asperionem melius loquentem quam Abel.* Quomodo a nobis jugum peccati, demonis et concupiscentie auferat, XIII, 431, 2: *Et ero eis quasi exaltans jugum super maxillas eorum.* Quomodo in scientia sua justificet multos, XI, 638, 1: *In scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit.*

3^o *Passione sua et morte vicit ipsam mortem et diabolum.* IV, 456, 2. Quomodo mortem in mortibus destruxerit, XIX, 277, 2: *Qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium.* Quomodo fuerit mors mortis, et morsus inferni, XIII, 462, 1, 2: *Ero mors tua, o mors; morsus tuus ero, inferne.* Morsus memorat infernum, XVIII, 414, 2: *Absorpta est mors in victoria.* Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus? Ab inferno et morte per eum redempti sumus, XIV, 18, 2. Cruce mortem et diabolum debellavit, XIV, 232, 2: *Ante faciem ejus ubi mors, egredietur diabolus ante pedes ejus.* Qualiter demonem reliquerit, IV, 298, 2. Quomodo caput impij percussit, 260, 2: *Percussisti caput de domo impij, devolvisti fundamentum ejus usque ad collum.* Quomodo dicatur gentes percussisse, II, 334, 1. In cruce velut triumphum egit, XV, 446, 2. Ejus crux quam potens sit, XVIII, 255, 2. Cornua ejus sunt crux seu fortitudo crucis, XIV, 231, 1, 2: *Cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus.* Crux quomodo in manibus ejus fuerit, *ibid.* Crucifixus in cruce visibiliter, diabolus invisibiliter, III, 52, 2. Quomodo veniens ad redimendos homines, sicut miles cataphractus inducatur, hostes suos trucidans, XI, 696, 1, 2: *Indutus est justitia ut lorica, et galea salutis in capite ejus; indutus est vestimentis ultimis, et operatus est quasi pallio sibi.* XII, 649, 2. Sanguine quomodo vestes ejus rubricatae sint, XI, 731, 1, 2: *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? ... Quare ergo rubrum est vestimentum tuum, et vestimenta tua sicut calcamentum in torculari?* Ejus passio fuit torcular quod ipse calcavit, 732, 1. Quomodo Christus nos a servitute liberavit, tam spirituali quam temporali, XI, 489, 1. Gratis solvit captivitatem generis humani, XI, 555, 1: *Ipse... captivitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus.*

4^o *Passione et morte sua Deo homines reconciliavit et illis calum reseravit.* Quomodo omnia sibi reconciliavit, XIX, 78, 1: *In ipso concupit omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliavit omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive qua in terris, sive qua in caelis sunt.* Nos sua cruce et gratia obsignat, XIV, 332, 2. Est reconciliatio mundi totius, *ibid.* Trahit e cruce omnes ad se, XVI, 512, 2: *Et ego si*

exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Ruinas demonum hominum redemptione instauravit, XVIII, 591, 2: *Instaurare omnia in Christo, quae in caelis, et quae in terra sunt in ipso.* Suo sanguine novum foedus sancivit, XVIII, 366, 2: *Et calix novum testamentum est in meo sanguine.* Ejus sanguis cur vocetur sanguis testamenti, XIV, 460, 2: *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinculos tuos de lacu, in quo non est aqua.* Christus allegorice nobis est sponsus sanguinum, I, 174, 2. Oblatione sua nobis caelos reseravit, XIX, 437, 1. Morte sua caelum hominibus patefecit, XXI, 190, 1. Ejus injurie vestra est gloria, XVIII, 542, 1. Merito passionis accepit potestatem revelandi cui vellet futura circa regnum Ecclesiae, XXI, 131, 2: *Dignus es, Domine, accipere librum, et aperire signacula ejus, quoniam occisus es. Item assumendi sibi in populum quoscumque vellet, ibid.: Et redemisti nos deo ex omni tribu, et lingua et populo.*

5^o *Passione sua Christus gloriam maximam Deo Patri vindicavit, tunc sibi melius peperit.* In cruce tormenta patiendi maxime glorificavit Deum, XI, 273, 2. Passio cessit Christo in gloriam, XVI, 590, 2: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Per mortem Christus erat glorificandus, XV, 508, 1. *Jesus autem respondit eis dicens: Venit hora ut glorificetur Filius hominis; 510, 2: Venit ergo nos de caelo: Et clarificavit, et iterum clarificabo.* Quotuplicem sibi mercedem a Patre promissam semper pra oculis habuerit, XI, 496, 2. Ea insigni gloria fuit compensata, XIX, 370, 1: *Eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria et honore coronatum, XX, 376, 2. Meruit sibi et nobis, XIX, 27, 1. Quam famam sibi meruit moriendo, 28, 1. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen; et in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum. Christi corporis beneficia propter passionem quam, Psalm. I, 414, 2: 115, 1. Requies Christi, cur dicatur cruci et varie intelligitur, XI, 265, 1, 2: *Et erit sepulcrum ejus gloriosum.**

6^o *Pro quibus Christus passus sit.* Christus passus est pro omnibus, XVI, 596, 1; XX, 482, 1. Fuit expiator et redemptor non tantum Novi Testamenti sed et Veteris, et legis naturae, XIX, 442, 1: *Ideo Novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum praevaricationum, quae erant sub priori Testamento, remissionem accipiant, qui vocati sunt, aeternae hereditatis.* Mortuus est pro inimicis suis, XVI, 565, 2. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Passus est innocens pro nocentibus, XX, 533, 2: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis.* Ipse justus pro omnibus impii est pas-

sus, VI, 416, 2. An etiam angelis fuerit causa gratiae et gloriae, XVIII, 597, 2: *Ipsum (Christum) dedit caput supra omnem Ecclesiam.* Quomodo pro angelis etiam mortuus sit, XIX, 370, 2.

7^o *Quomodo Christi passionibus aliquid desit, XIX, 79, 1: Adimpleo quae desunt passionum Christi in carne mea.* Quomodo eas adimplet Apostolus, 79, 1, 2. Passionem Christi nos decet sequi et imitari, XX, 303, 2: *Christus passus est pro nobis, vobis datus exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Quomodo Christus nos hortatur ad calicem passionis bibendum, I, 696, 2. Quomodo Christo concrediti possimus, XVIII, 532, 2. *Christo confusus sum cruci.* 579, 2. Etiam saeculares, *ibid.* Quod qui faciunt, conglorificabuntur, 109, 1 et seq.: *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est.*

Passionem Christi recolare Christo est gratissimum, XX, 307, 2. Ejus sanguis conspectus et cogitatus Christianos extimulat ad fortiter cum hostibus spiritualibus pugnam, XIV, 178, 1, 2. Ejus memoria excitandi sunt fideles, XX, 376, 2. Passionis Christi memoria quid efficiat, VII, 240, 1: *Melius est ire ad domum laetus quam ad domum convecti.* Passionis Christi meditatione orania sunt contentenda, Psalm. I, 390, 1, 2. Ejus mors in Missa verbo et facto representatur, XVIII, 367, 2: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem hunc, mortem Domini annuntiabitis; XX, 241, 1.* Ejus sepultura et baptismus quomodo inter se differant, XVIII, 107, 2: *Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem.*

VI. PASSIONIS CHRISTI TYPI ET FIGURAE.— Passio Christi comparatur serpenti a Moysse in deserto erecto, XVI, 77, 1. Est vera petra ex qua fluxit sanguis sicut concupiscentiae nostrae restinguens, XVIII, 340, 1 et seqq. Passio denotatur in probatica piscina, XVI, 373, 2. Vile designatur, 557, 4. Smaragdo comparatur, XXI, 96, 1; 389, 1. Christi crux sycamore assimilatur, XVI, 247, 2. Christus in cruce erectus, est arbor vitae, V, 341, 1. Christi passionis et doloris vehementiam per Prophetas, ejus constantiam per Evangelistas cur Spiritus sanctus exprimi voluit, Psalm. I, 443, 1. Christi patientis figuram gerebat David in passionibus suis, Psalm. I, 370, 2.

GAPUT SEPTIMUM.

RESURRECTIO ET ASCENSIO CHRISTI.

ARTICULUS PRIMUS.

RESURRECTIONIS ET ASCENSIONIS CHRISTI CIRCUMSTANTIAE HISTORICAE.

I. RESURRECTIO.— 1^o *Corpus Christi in sepulcro triduo mansit et quidem incorruptum.* Quomodo in sepulcro fuerit tribus diebus et tribus noctibus, XV, 312, 1 et seqq. Cur triduo in sepulcro manserit, 313, 1. Corpus Christi in triduo mortis ejus

non fuit corruptum, XVII, 99, 1. Non passus est in sepulcro corruptionem, *ibid.* Ejus post mortem gloria, XI, 265, 1. Ejus item sepulcrum gloriosum, 636, 1. Ejus descensus et ascensus decem lineis quomodo factus, 476.

2^o *Quando et quomodo resurrexit.* Resurrexit Christus die Dominica, XV, 312, 1. Cur die tertia resurrexit XIII, 374, 1, 2. Resurrexit in aurora, XV, 645, 2. Series passionis et resurrectionis Christi, 646, 1. Terramotus resurgente Christo quae causae fuerint, 647, 1. Angelus ut juvenis apparuit, cur, *ibid.*, 2. Christus resurrexit, clauso sepulcro, *ibid.* et seq. Unus sepulcri lapis, non duo, *ibid.* Sedit angelus quatuor de causis, 648, 2. Angelus cur ut fulgur apparuit, 649, 1, 2. Custodes sepulcri ab angelis exterriti, 650, 1. Resurrexit antequam ungeretur, cur, 651, 1. Cur angelus mandat mulieribus dicere discipulis: *Præcedet vos in Galilæam,* 651, 2 et seq.

3^o *Relatio mulierum de resurrectione, et cursus Petri et Joannis ad monumentum.* XV, 652, 2; XVI, 624, 2; 629, 1. Cur in Galilæa scapulis suis apparuit, XV, 655, 1.

4^o *Primo Christi apparitio Magdalene.* Maria Magdalena mulierum ad sepulcrum venientium fuit dux, XVI, 624, 2. Eius ardens studium, et Domini querendi desiderium, 625, 2. Christus apparuit Magdalene, 626, 1. Videt eum, nec agnoscit, *ibid.* Varii ejus quærens effectus, *ibid.*, 2. Unde Dominum agnoverit, 627, 2. Cur is tunc ab ea tangi se noluerit, 628, 1 et seqq. Magdalene fronti Christus digitos suos impressit, 629, 1. *(Vide MARIA MAGDALENA).*

5^o *Secunda apparitio mulieribus.* XV, 653, 1, 2. Cur se mulieribus redivivum exhibuerit, *ibid.*, 1. Quid eis dixerit, *ibid.*, 2. Cur discipulos suos vocet fratres, *ibid.* et seqq. Sexies in Judæa die ipso Paschatis apparuit; deinde et aliis diebus, 654, 1.

6^o *Tertia apparitio Petro.* XVI, 280, 1, et quarta duobus Emmaus discipulis, 274, 1, 2 et seqq. Primo inter viros apparuit Petro, XVIII, 399, 1. Quinam hi fuerint discipuli, entes in Emmaus 274, 2. Quomodo non sit agnitus ab iis, 275, 2. Et quae de causa illi in forma iis apparuit, 276, 1. Quomodo se eorum sermoni insinuat, *ibid.* et 2. Eorum ruditatem et tarditatem credendi castigat, 277, 2. Quomodo se fixerit longius ire, 278, 1. Consecravit Eucharistiam apud eos, 278, 2. Ex oculis eorum evanuit subito, 279, 1 et seqq.

7^o *Quinta apparitio undecim.* Apparitio Christi post resurrectionem, januis clausis, XVI, 630, 1. Apparuit undecim Apostolis, XVIII, 399, 2. Eorum pavor, XVI, 280, 1, 2. Pacem apprecatur suis, et quidem iterato, 631, 1. Ostendit eis manus et pedes, *ibid.* Quomodo corpus gloriosum potest esse simul subtile et palpabile, *ibid.*, 2. Cur ostenderit manus et pedes suos perforatos, 281, 1. An Apostoli revera tetigerint manus et pedes Christi perforatos, 281, 1, 2. Cur Christus post mortem vulnerum

suorum foramina et cicatrices servaverit, XIV, 521, 4, 2; XVI, 631, 4, 2. Idque non sine miraculo, XVI, 631, 4 et seq. Cur cibum petierit, 284, 2. Cur Apostolis reliquias cibi dederit, 282, 1, 2. An bis illis dixerit esse jam perfecta quae de ipso praedixerant Prophetae, *ibid.*, 2. Cur illis sensum aperuerit ad intelligendum Scripturas, 283, 1. Promittit eis Spiritum sanctum, 283, 2. Sicut Pater misit Christum, ita Christus mittit Apostolos, quo sensu, 632, 1. Christi insufflatio, cur *ibid.*, 2. Spiritus sanctus quomodo hic detur Apostolis, 633, 1.

8^o *Sexta apparitio Thomae*. Thomae absentia, XVI, 635, 2. Quare a caeteris apostolis abesset, *ibid.* Thomae incredulitas unde orta esset, et quam gravis erat, 636, 1. Jesus iterum, januis clausis, apparet, *ibid.*, 2. Thomas vulnera Christi tetigit, *ibid.* An corpus gloriosum sit palpabile, 637, 1. Ejus verba post hunc tactum amorem spirant, 637, 2 (Vide THOMAS).

9^o *Septima apparitio septem discipulis*. Manifestatio Christi ad mare Tiberiadis, et quomodo, XVI, 640, 1. Pulmentarium quid, 641, 2. Piscatio miraculosa, 642, 1. Unde hic Joannes primo Christum agnovit, *ibid.* Fervor S. Petri in mare se mittentis, 642, 2. Cur centum quinquaginta tres pisces capti, 643, 2. Parat Christus discipulis in litore prandium, 643, 1. Christus cum suis manducavit post resurrectionem, 644, 1. Quomodo cum suis comederit, XV, 562, 2. Ejus comestio post resurrectionem qualis fuerit, I, 223, 4. Comestio Christi post resurrectionem fuit vera, ea tamen non fuit nutritiva, XVII, 84, 2. Cibum a Christo post resurrectionem sumptus, non fuit ab eo digestus, et in alimentum conversus, *ibid.* Christus Petrum ter interrogat, et rectorem totius Ecclesiae illum constituit, 644, 2; XVI, 645, 1, 2 et seqq. (Vide ECCLESIA, PETRUS). Christus dicit Petro ut se praesentem sequatur, 649, 1.

10^o *Octava et nona apparitio*. Christus, octavo appareat discipulis in monte Galilaeae, multis, imo plusquam quingentis fratribus, ante ascensionem, XV, 656, 1, 2; XVIII, 399, 2. Quare in Galilaea saepius suis apparuerit, 651, 2 et seq. Christus apparuit eadem forma et figura quam habuit vivens, 656, 2. Claritatis dotem abscondit post resurrectionem apud suos, 657, 1. Nono apparuit omnibus Apostolis, aliisque fidelibus in monte Oliveti, ascensus in caelum, XVI, 283, 2 et seqq.; XVII, 57, 2. (Hic agitur tantum de apparitionibus in sancto Evangelio relatis.)

Christus a resurrectione quadraginta diebus cum Apostolis egit, XVII, 48, 2; 49, 1. Cur per dies quadraginta eis apparuerit, *ibid.* Hisce diebus in paradiso egit, *ibid.* 2. Quae docuerit: suos tunc temporis, 49, 2.

II. *ASCENSIO*. — Quo tempore et quomodo Christus in caelum ascenderit. Cur tam cito eo ascendit, XVII, 47, 2 et seqq. Quo die passus sit et ascendit, 63, 2. Ascensus in caelum, cur cum

Apostolis sit pransus, 51, 1. Ascendit sub meridie, *ibid.* Christus ascensus cur Apostolos in montem Oliveti duxerit, XVII, 59, 1. Fix monte Oliveti in caelum ascendit, et cur, XIV, 528, 4; XVII, 62, 2. Ex eodem monte Antichristum in tartara deturbabit, et illic ad iudicium descendet, XVI, 528, 1; 530, 2. Quomodo se ad ascensionem disposuerit et suis valedixerit, XVII, 57, 1. Ascendens in caelum Apostolis benedicit, XVI, 283, 2 et seqq. Quomodo Christus in caelos ascenderit, XV, 719, 2; XVII, 47, 2 et seqq.; 57, 2; 60, 1. Quare et quomodo super omnes caelos ascenderit, XVIII, 628, 2. Ad orientem super caelos ascendit, XII, 563, 2. Cur in ascensione nube tectus fuerit, 574, 2. Nubes Christi qualis, XVII, 60, 1. Sponte gloriosus in caelum ascendit, XIV, 333, 1. Christi ascensus in caelum describitur, *Psalm.* 41, 309, 1. Triumphus ejus in caelum ascendentis, XI, 730, 1, 2.

ARTICULUS SECUNDUS.

QUESTIONES VALE TUM AD RESURRECTIONEM, TUM AD ASCENSIONEM CHRISTI SPECTANTES.

I. *RESURRECTIONIS CHRISTI VERITAS*. — 1^o *Varia resurrectionis Christi argumenta et probationes*, XVI, 281, 1, 2. An palpato Christi, comestio, etc., fuerit sufficiens argumentum resurrectionis, 281, 1. Resurrectio Christi in Scriptura stabilita est, 336, 1. Eum resurrexisset sex rationibus probat S. Paulus, XVIII, 403, 1. Resurrectio Christi et hominum maxime in *Actis Apostolorum* docetur, XVII, 41, 1, 2. Christi resurrectio a Davide praedicta fuit, *Psalm.* 1, 20, 2: *Ego dormivi et soporatus sum, et exurrexi, quia Dominus suscepit me.*

2^o *Quam necessaria fides resurrectionis Christi, et quinam eam non crederent*. Ipsam Judaei non credebant, et est creditu difficilis, XVIII, 178, 1. Eam negabant Gnostici, XIX, 285, 1. Fides resurrectionis Christi est maxime necessaria, XVIII, 89, 1: *Non est scriptum tantum propter ipsum (Abraham), quia reputatum est illi ad iustitiam, sed et propter nos, quibus reputabitur: credentibus in eum, qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum*. Resurrectio Christi est omnium fidei mysteriorum scopus et terminus, XVII, 76, 1. Est velut sigillum omnium ejus operum, XX, 343, 1. Est terminus passionis et meritorum Christi, XVIII, 89, 2: *Qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram*. Ipsa et passio censentur unum opus redemptionis, *ibid.*

II. *QUOMODO ET CUR CHRISTUS A MORTIS RESURREXIT*. — 1^o *Quomodo resurrexit*. Templum corporis sui quomodo in resurrectione reedificavit, XIV, 319, 2. Christus ex virtute animae suae resuscitatus est, XVII, 48, 2. Ante mortem quatuor dotes gloriosas assumpsit obiter, XVIII, 412, 1. Semel resuscitatus amplius mori non potest, 140, 2: *Scilicet quia Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.*

2^o *Resurrectionis causa et fructus*. Primo, *Pro Christo*. Resurrectio Christi mortui, eum quis esset, evidenter evincebat, XV, 311, 2: *Generatio mala et adultera signum quaerit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonae prophetae*. Est in resurrectione a Patre genitus, XIX, 356, 2. Resurrexit ut gloriosam et divinitatis suae convenientem vitam ageret, XVIII, 108, 1. Meruit sibi gloriam corporis et nominis celebritatem, XIX, 27, 2: *Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omnia nomina*. Resurrectio Christi fuit et summa gloria, XVI, 590, 2: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*. In ea quomodo Christus sordidas vestes velut exuerit, et indatus sit mutatoris, XIV, 386, 1, 2. Resurrectio post passionem successit, quasi lux post tenebras, 533, 2: *Et in tempore vesperis erit lux*. Resurrectio et glorificatio corporis sunt viae quibus Christus ad vitam immortalem progressus est, XVII, 99, 2: *Notas mihi fecisti vias vitae, replebis me iuventute cum facie tua*. Haec uti et nostra beatitudinem et gaudium affert, XVI, 582, 2. In ea Christus accepit usum et exercitium potestatis iudicialis, quam in actu primo habuit a primo conceptionis suae instanti, XVII, 242, 2: *Hunc Deus suscitavit tertia die... Et praecipit nobis predicare populo, et testificari quia ipse est qui constitutus est a Deo iudex vivorum et mortuorum*.

Secundo, *Resurrectionis causa et fructus quoad homines*. Resurrectio Christi in causa fuit cur a morte peccati resuscitatus sumus, XVIII, 399, 1: *Tradidi enim vobis in primis quod et accipi; quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas*. Est causa nostrae justificationis, 401, 2: *Resurrexit propter justificationem nostram*; 401, 2. In resurrectione officium et meritum passionis absolvit, 89, 2. Per resurrectionem Christus non meruit nostram justificationem, 89, 4. Particula propter significat hic quatuor causas, *ibid.* Humanitas Christi ejusque resurrectio est instrumentum morale divinitatis efficiens nostram justificationem, 89, 1, 2. Praepositio propter significat causam meritoriam, *ibid.*, 2. Passioni tribuitur satisfactio, resurrectioni justificatio, *ibid.* Nisi per resurrectionem mortem vicisset, Christus non potuisset omnino debellare peccatum, *ibid.* Resurrexit, ut mitteret Spiritum sanctum et apostolos, qui nos justificarent, *ibid.* Si non resurrexit, cur adhuc in peccatis sumus, 401, 2: *Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra; adhuc enim estis in peccatis vestris*. Christus resurgens non suscitavit a peccato per gratiam, XX, 244, 1. Quomodo tertia die vivificet, XIII, 363, 1: *Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus*. In resurrectione sua plene nos vivificavit, *ibid.*, 2. Resurgens, patres ex inferno et

moegle liberavit, secumque resurgere fecit, XIII, 461, 2; 463, 1. Christus quomodo in die resurrectionis suae praedatus sit gentes, limbum et infernum; in secundo adventu praedaturus sit omnes impios, XIV, 301, 2: *Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis mee in futuro*.

Resurrectio Christi fuit abolitio mortis, XVIII, 401, 2: *Si Christus praedicator quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit*. Certum ex ea nos fidem et spem nostrae resurrectionis habemus, XIII, 363, 2. Resurrectio Christi omnibus est causa resurgendi, XVIII, 403, 1: *Christus resurrexit a mortuis primitiva dormientium, quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum*. Christus est primitiva dormientium, XVIII, 635, 2. Cum ipso resurgente, resurrexerunt sancti, *ibid.*: *Et monumenta aperta sunt, et nulla corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt*. Fuit omnium ad vitam immortalem resurgendum primus et primitiva, XVIII, 402, 2. Et quasi primus terrae fructus Deo oblatus, *ibid.* Est primogenitus mortuorum, XXI, 22, 1. Resurrectionis nostrae causa est Christus resurgens, XVII, 125, 1; XX, 244, 1. Resurrectio Christi est nostrae resurrectionis exemplar, XVIII, 231, 2: *In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur* (Vide RESURRECTIO MORTUORUM).

III. *RESURRECTIONIS CHRISTI FIGURE*. — Resurrectionis Christi typus est Jonas, XV, 311, 2; XVIII, 399, 1. Resurrectionis Christi aptissimus testis et praeco portat esse Jonas, XIV, 46, 1, 2. Ejus symbolum est phenix et hydrus, XIII, 462, 2; XIV, 610, 1. Resurrectio Christi allegorice significata in reedificatione templi Salomonici, quam delineat Zachariae, XII, 779, 2. Resurrectionis Christi tempus est magnus dies Jerahmeel, XIII, 301, 2. Cur vocatur dies iudicii, *ibid.* Christus resurgens comparatur cervae et stellae, *Psalm.* 1, 120, in *Italo*.

IV. *ASCENSIONIS CHRISTI MODUS, CAUSA, FRUCTUS ET FIGURE*. — 1^o *Christus ascendit in caelum, quomodo*, XVII, 57, 2 et seq. Ascensus ejus quomodo peractus, *ibid.* Ascendit etiam qua homo, 58, 1. Ei ascendenti occurrerunt omnes angeli, 58, 1, 2. Cur ascendit statim a resurrectione, *ibid.*, 2. An nudus ascenderit, ve' in veste rubra, 61, 1. Ascendendo super omnia, ostendit se omnium dominum, XVIII, 629, 2. Tria miracula ascensionis Christi, XVII, 63, 1. Cur matrem in terris reliquerit, 65, 1, 2.

2^o *Ascensionis causa et fructus, tum pro Christo, tum pro hominibus*. Quomodo ad dexteram Patris sedeat, XIX, 400, 2. Non est tamen eo dignior, *ibid.*: *Latet, si consurrexeris cum Christo,*

quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. An revera in cælo sedeat, et non potius stet, XVII, 181, 1, 2; XIX, 100, 2. Sedet ad dexteram Dei, etiam qua homo, XV, 585, 1, 2: Verumtamen dico vobis: Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei. Gloriam promissam quando plena sit adeptus, XIV, 435, 1, 2: El ipse (Oriens) portabit gloriam. Propria ejus gloria est humilitas, et opera in eo patrata, 377, 1. Non meruit beatitudinero, sed ante meritum eam adeptus est, XIX, 496, 1. Quomodo celorum vacuum impleat, et omnia despiciat, XVIII, 628, 2 et seqq.: Qui descendit, ipsemet qui ascendit super omnes cælos, ut impleat omnia. Ejus gloria in cælo quanta sit, XI, 584, 1: Et glorificatus sum in oculis Domini; XXI, 35, 2; 36, 1. Christi humilitas in carne, et exaltatio in gloria, Psalm. II, 257, 2: De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. Triplicem apud Patrem habet claritatem, XVI, 594, 2: Nunc clarifica me, tu Pater, aperit semetipsum claritate quam habuit priusquam mundus esset apud te.

Ascendit Christus in cælum ut nobis viam et locum pararet, XIX, 407, 2: Quam (spem) sicut anchoram habemus tutam ac firmam, et incidendam usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introivit Jesus. Est hominum auriga in cælum, XX, 335, 2. Viam in cælis nobis aperuit, XIV, 87, 2: Ascendet enim pandens iter ante eos. Cur miserit Spiritum sanctum post mortem suam et ascensum in cælum, XVI, 427, 2 et seqq.

Christi triumphantis et in cælum ascendentis typus fuit Israel victor Pharaonis, XVIII, 626, 1. Hic triumphus describitur, *ibid.*

An post ascensionem subinde visibiliter in terris apparuit, XVII, 121, 4. An aliquando modico tempore cælum reliquerit, *ibid.* Post ascensum semper in cælo manet, XXI, 338, 1. An post ascensionem S. Matthæ apparuerit, XVIII, 399, 2.

Christus qua homo est in cælo delicia angelorum, XX, 265, 2: In quem (Christum) desiderant angeli prospicere. Est amor et stupor angelorum, XVI, 61, 4.

CAPUT OCTAVUM.

DE VARIIS CHRISTI TITULIS ATQUE MUNERIBUS.

N. B. Ex unione hypostatica, ut notant Theologi, fluunt tituli illi quibus Christum in sacris Scripturis insignimus, et officia, seu munera ad quæ obanda Dei Filius humanam naturam sibi copulavit.

Præcipui tituli ac munera quæ Christo tribuuntur, sunt: Dei hominumque Mediatoris, necnon humani generis Salvatoris et Redemptoris, Sacerdotis, Regis, Ecclesie fundatoris et capitis, Doctoris, Magistri ac Legislatoris, Pastoris, Exemplaris omnium virtutum, Judicis. De quibusdam titulis ac muneribus jam ex parte actum est in articulis de

Incarnatione, Nominibus, Passione, Resurrectione et Ascensione Christi.

ARTICULUS PRIMUS.

JESUS CHRISTUS DEI HOMINUMQUE MEDIATOR, ET HUMANI GENERIS SALVATOR ET REDEMPTOR.

I. CHRISTUS MEDIATOR. — Christus est mediator, quomodo et quare, XIX, 69, 2. Idque non qua Deus, nec qua homo, sed qua Deus homo, 199, 1: Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus. Mediatoris vox duo significat, 197, 2. Latius patet quam vox conciliator, XVIII, 545, 1: Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unus non est, Deus autem unus est. Mediator, cujus auctoritate lex vetus tradita, fuit Moses, non Christus, *ibid.* Quomodo mediator non sit unus, *ibid.*, 2. Mediator noster est Christus, XIX, 441, 4, 2: Et ideo Novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem eorum prævaricationum, qui erant sub priori Testamento, repositionem accipiant qui vocati sunt æternæ hereditatis. Mediator noster apud Deum sit sacerdos, 393, 4: Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Dupliciter nobis est mediator, 198, 4. An solus Christus fuit mediator, an et sancti, XVIII, 545, 2; XIX, 498, 2. Moses vocatur mediator in quo sensu, XIX, 498, 2. Finis mortis et mediationis Christi, 442, 1. Christus utriusque Testamenti testator et mediator, 446, 1. Ob duas causas mediator est Novi Testamenti, 441, 4. Ejusque institutor, conditor, testator, *ibid.*, 2. Ipse est factus pacti inter Deum et homines, item testis, XI, 651, 1, 2: Ecce testem populus dedi enim, docem ac præceptorem gentibus. Ipse est medium, uti SS. Trinitatis, ita et totius universi et seculorum omnium, aequæ ac redemptionis et felicitatis nostræ mediator, XIV, 243, 1. Est medium duorum vitarum quadrupliciter, 247, 1. Quomodo dici possit Angelorum mediator, VI, 527, 1, 2.

II. CHRISTUS SALVATOR ET REDEMPTOR. — Salvator proprie quomodo dicatur Christus, et quare, XIX, 55, 2: Nostra autem conversatio in cælis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum; 333, 2: Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et secularia desideria, cobrite et iuste, et ipe vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Quid sit proprie salvare, 55, 2. Salvare magis est quam creare, 29, 1 (Vide supra,

cap. IV, artic. III). Christus fuit perfectus et adequatus Judæorum salvator et redemptor, et lux, XIV, 87, 4; 146, 1, 2: Ego autem ad Dominum speravi, et expectabo Deum Salvatorem meum, audiet me Deus meus. Fuit datus Judæis in fœdus gentibus in lucem, XI, 523, 2: Dedit te in fœdus populi, in lucem gentium. Gentilitatem derelictam et ab adolescentia a Deo repudiatam ad se vocavit, ac sibi quasi sponsam copulavit, 642, 4: Quia ut mulierem derelictam et marentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentia affectam, dixit Deus tuus. Quibus dotibus traxerit ad se gentes, 652, 2: Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis; et gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, et sanctum Israel, quia glorificavit te. Redemptor est Israelis, XVI, 80, 2: Et hæc (Anna), ipso hora superveniens, conflebat Dominum, et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Christi salutare et iustitia in quo sita, Psalm. II, 161, 2 et seqq.: Noluit fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit iustitiam suam. Duplicem attulit salutem, XVIII, 478, 4: Si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo crederis quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Est cornu salutis, XVI, 46, 1: Et creavit cornu salutis nobis in dono David pueri sui. Omnia collapsa restauravit, 150, 4: Omnia tradita sunt a Patre meo. Quomodo omnia in eo sunt instaurata, XVIII, 591, 1: In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, et quæ in terra sunt in ipso. Est salutis et lætitiæ publicæ totius mundi auctor, XV, 246, 1. Quantum ipse propinquat, tantum propinquat salus et iustitia nostra, et gloria Dei, XI, 567, 1, 2: Audite me, duro corde, qui longe estis a iustitia. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et in Israel gloriam meam. Nullum laborem aut periculum pro Ecclesie et animarum salute detrectavit, IV, 230, 2. Ejus sanguis est velut sapo ad eluendas animas nostras, XXI, 412, 1, 2: Beati qui lavant stolam suam in sanguine Agni. Quantum ex se est, vult omnes homines salvos fieri, XVI, 592, 2: Sicut deditis ei potestatem omnium carnis, ut omnia quod deditis ei, det eis vitam æternam. Homines omnes vocat, XIX, 332, 1: Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus. Redemptio hominum est opus gratiæ. 370, 2: Videmus Jesum gloria et honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Hanc irritam facient quærentes iustitiam ex lege, XVIII, 561, 2: Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini, a gratia excidistis. Redemptio nostra est duplex, inchoata in terra, et completa in cælo, 594, 2: In quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ip-

sus. Illa aliud non est quam peccatorum remissio, XIX, 75, 2: Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum. Redemptio hominum fuit Christo pretiosa, 440, 2: Per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa. Redemptionis mysterium per Christum innotuit angelis, Deo illis revelante, XVIII, 613, 1: Ut innoscesat principibus, et potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei.

Christi Salvatoris amor erga homines, bonitas et misericordia. Primo, Christi erga genus humanum amor, XVI, 59, 1; 63, 1; 536, 1: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexistis vos; 565, 1 et seqq.: Majorem hæc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ejus erga Patrem et homines amor expenditur, XII, 506, 2; 812, 2; XVIII, 96, 1: Commendat autem charitatem suam Deus in nobis; quoniam cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, 381, 1; 452, 2 et seqq.: Charitas enim Christi eripit nos, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, XIX, 121, 2. Ejus immensa charitas, XV, 231, 2. Amoris ejus dimensiones, XVIII, 617, 1. Charitas et amor Christi in Deum et homines fuerunt ejus cornu, XVI, 251, 2. Est abyssus amoris et doloris, XI, 630, 4. Quomodo zelatus sit genus humanum, 237, 2. Charitas ardens Christi qua æstus homo factus est, per austrum calidum representatur, XIV, 248, 2: Deus ab austro ventis, et sanctus de monte Pharan. Ejus amor erga genus humanum omnem dolorem superabat, XV, 608, 1. Quomodo se vincere ab amore passus sit, XIV, 236, 2. Quidquid egit et passus est, pro nobis fuit, XV, 634, 2. Nos homines unice diligit, V, 240, 1: Delicia meæ esse cum filijs hominum. Fuit is amor major quam erga angelos. 241, 1. Amore illo quodammodo fuit ebrius, 241, 2. Ejus amor potens est, XXI, 426, 1. Tenere erga suos afflictor, XVI, 534, 2. Quomodo eos dilexerit in finem, 522, 4: Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Quam caro ei stemus, XX, 70, 4 et seqq. Ejus zelus erga nos, 178, 2: Ad invidiam concipiscit Spiritus qui habitat in vobis. Quanti animarum salutem fecerit, 227, 2.

Christus suis est pater, XV, 232, 4, 2. Est verus pater et magister 490, 1: El patrem nolite vocare vobis super terram; unus enim est Pater vester qui est in cælis. Christus non tantum est pater fidelium, sed et mater, unde vocatur, *matrem*, VII, 473, 4: Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Est quasi mamma Patris, *ibid.* Quomodo nos traxerit in fœniculis Adam, XIII, 430, 1: In fœniculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Est pater, mater et pastor fi-